

**ACTA
MEDIOLANENSIS
ECCLESIAE.**

TOMUS PRIMUS.

A C T A
E C C L E S I A
M E D I O L A N E N S I S
A S. C A R O L O
C A R D I N A L I S. P R A X E D I S A R C H I E P I S C O P O
G O N D I T A,
F E D E R I C I C A R D.
B O R R O M Æ I
A R C H I E P I S C O P I M E D I O L A N I

J U S S U

Undique diligentius collecta, & postrema hac Editione aucta.



PATAVII, Typis Seminarii. M D C C L F V.

Apud Joannem Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

AD LECTOR E M.



Uod præfari plerique typographi solent ad commendationem illorum Operum , quæ in publicam lucem emittunt , id noli a nobis , benigne Lector , Acta Ecclesiæ Mediolanensis a D. Carolo Borromæo condita producentibus expectare . Habent enim ipsa per se celebritatem tantam , ut minime indigeant prædicatione nostra , & periculum sit , ne ipsa laudandi cura minuatur potius eorum splendor , quam augeatur . Quis in tam ampla Christiana Republica locus est tam abditus , tam remotus , quo jampridem , si non exemplaria ipsa , fama saltem tam divinorum Operum non pervascrifit ? quæ cum pri-
mum auditum est typis nostris excudi , tanto studio passim non modo expeti , sed etiam efflagitari cœperunt , ut nobis communia vota exple-
re cupientibus necesse fuerit , magnam temporis partem aliis editioni-
bus debitam huic potissimum impertiri . Publici igitur commodi gra-
tia quanta maxima celeritate editionem hanc adornavimus , ea cura
interim & diligentia minime aut neglecta , aut remissa , quæ a navo
typographo tum præstari maxime debet ; cum magnum quiddam , ma-
gnorumque virorum oculis dignum emittit . Habes , candidissime Lec-
tor , luculentum Thesaurum ; quem quo libentius acciperes , nos eu-
mulandum curavimus cum ipsius D. Caroli Borromæi Vita , tum Ap-
pendice quorundam Opusculorum , quæ in ceteris editionibus deside-
rantur . Fruere supellecile tam pretiosa , & qui fructus studiorum tuo-
rum futurus est maximus , cura , ut cuius scripta admiraris , ejusdem
facta imitere . Vale .



CONSTITUTIONES ET DECRETA CONDITA IN PROVINCIALI SYNOODO MEDIOLANENSI PRIMA.



OS CAROLUS BORROMÆUS,
S. R. E. Tit. Sacré Præxoris Pref.
byter Card. ac sanctissimi D. N.
Papa, & sancte Sedis Apostolica
per universam Italicam legatus de
latere, Dei & ejusdem Apostolica
fidei gratia, Archiepiscopus Me-
diolanensis; de consilio, & auctoritate Reverendissimorum
DD. Coepiscoporum nostrarum, in Provinciali Syno-
do Mediolanensi, hanc statuimus, & juncimus.

DE PROFESSIONE FIDEI, & ejus tuenda cura.

De hac materia vide, Concil. 2. Prov. tit. 2. de c. 1. & 9. Prov. 3. & 5. que
ad Fid. incaut. pertin. Prov. 4. De Fidei præficia. Prov. 6. que ad Fi-
dem tunc. pertin.

Hab. 11.

Prima & maxima pastorum cura veritati debet
in iis, quæ ad fidem catholicam, quam fan-
tæ Romana Ecclesia colit & docet, & sine qua im-
possibile est placere Deo, integre, inviolataque con-
servandam pertinent; ideo nos hinc potissimum ex-
ordiendum esse duximus; ut, quæ ex eodem spiri-
tu est, fides, eandem una omnis confessione profi-
teantur.

Sacri igitur Tridentini Concilii auctoritate innixi,
mandamus, ut omnes ii, qui beneficia ecclesiastica
obtinent, vel in posterum obteinebunt; & qui
in Synodus diocesanam convenire debent; in ea sy-
nodo, quæ primo quinque tempore celebrabitur, o-
mnis, & singula a sancto Concil. Trid. definita &
statuta, palam recipient; veram obedientiam summo
Rom. Pontifici spondeant; simulque herefes
omnes publice detestentur, & anathematizent; si-
dem profitescens eidem verbis, quibus ex formula
a Sanctissimo D. N. Pio IV. Pont. Max. pre-
scripta, Nos, & Coepiscopi nostri initio hujus san-
ctæ Synodi, jurati praetrimus, & professi sumus,
etiam si ante in diocesana Synodo id officium,

ad exequendum jussa Trident. Concilii, quacun-
que ratione & modo obierint.

Episcopi omnes Provinciae nostre, constitutio-
rem Sanctiss. D. N. Pii IV. Pont. Max. de pro-
fessione fidei facienda ab iis, qui de beneficiis cu-
ratis, & canoniciis provisili sint, & a docen-
tibus literas, & a promovendis ad doctorales, vel
alios gradus, publicent in suis Civitatibus, & die-
cesibus intra mensum, & ab omnibus inviolate fer-
vandam carent: præferunt vero ab iis, qui ejus-
cunque status, conditionis & dignitatis sint, quo-
vis modo, vel nomine, publice aut privatum, do-
mi suæ vel aliena, eram si pedagogi sint, pueri,
adolescentes, aliote cuiusvis iexus, & æta-
tis, qualcumque artes literaras, vel alias liberales,
etiam si ipsa prima grammaticæ rudimenta, legen-
do, interpretando, vel repetendo, vel alioquin quavis
ratione, etiam si gratis doceant, quorum etiam o-
mnium mores, antequam ad docendum accedant,
probare debebunt: aliquin de iis penas, in es-
dem constitutione proprias, sumant. Qui vero,
ne predicti huic decreto obtemparent, impedi-
erint; aut hujus temeritatis quacunque ratione il-
lis auctores, aut adiutores fuerint; severe puniantur.

Ut autem id facilius ac melius effici possit; stu-
diose inquirant parochi, quinam in suis parochiis
eo docendi munere fungantur; & eorum nomina ad
Episcopum, ad mensum, a die publicationis con-
stitutionis ejusdem numerandum, deferant. Quos vero
deinceps ejusmodi cognoverint, primo quo-
que tempore Episcopo indicent.

Parochi diligenter animadverstant, an in suis Pa-
rochii ullus sit, quod ad fidem attinet, peccatis o-
pinionibus imbutus, vel eo nomine suspectus; cum
que ad Episcopum, vel Inquisitorem referant.
Monent præterea populum, debere omnes, si quos
cognoverint aliquid fecisse, vel dixisse, quoniam hec
de hujusmodi peccato in probabilem suspicione
venerint, statim deferre. Observent etiam eos, qui

Anno
1564. 16.
Novemb.

Diligentes
parochi
ram in fa-
spicis de
bare.